tinere. et ido dicit p̄ha. iij. et h. p cōfessio que
fit in iudicijs nō p̄tinet ad v̄tutēz s̄m magis
ad iusticiā. et s̄m cōfessio b̄nficiōz dei in lau-
dē diuinā nō p̄tinet ad v̄tutēz v̄tutis s̄m ad
v̄tutē patrie. ita cōfessio peccatōz ad remissio-
nē eoz. cōsequendā nō p̄tinet elicitiue ad v̄tu-
tē v̄tutis vt quidā dicit s̄m ad v̄tutē penitē-
tie. impatuetñ ad multas v̄tutes p̄tinere p̄t
s̄m qd in finē multaz v̄tutū trahi p̄t act⁹ cō-
fessionis. hec tho. Vt cōfessio et penitētia
p̄tineat ad eundē articulū fidei. s̄m q nō. cō-
fessio em qz magis ex spe venie p̄cedit magis
innitit articulo de vita eterna quam respicit
spes q̄ articulo de iudicio qd respicit timor.
p̄nia vō ecōuerso se hz rōe cōtriciōis. h̄ tho.

De p̄t q̄runt

quis p̄t fact

Aug. p̄t p̄t. Aug. p̄t p̄t

¶ Circa scdm q̄r̄ a quo fuit instituta cōfessio
¶ et v̄t. sic p̄ceptū. s̄m s̄m sco. iij. sen. di.
¶ xvij. q cōfessio talis qlis est nūc in ecclia nō ē
ex p̄cepto legis nature alias ad eā fuisset ho-
mimes obligatū p̄ statu cuiuscūqz legis qd ē
falsuz. qz nec obligabant in lege scripta. Di-
cūt aut quidā q cōfessio nō cadit nisi sub p̄ce-
pto ecclie. s̄m cōtra hoc ē qz nō inuenit vbi hō
ab ecclia p̄cipiat q̄i ante hoc factū reputa-
ret p̄ceptū obligatoriu d cōfessione. Si em al-
legat illd caplm ex. de pe. et re. ois v̄tutisqz
c̄. Illd caplm ē innocētij terci⁹ añ que plusq̄
p̄ ānos q̄ngētos fuit aug⁹ q̄ multū cōfessionē
esse necessariāz p̄dicauit. vt patz in li. de vera
et fl̄a p̄nia. di. iij. Quis tñ opi. vi. esse glosator
de p̄nia. di. v. in p̄n. sup hō tñ nō allegat ali
qd caplm et ido irōnabiliter d̄. p̄trea s̄m
hō papa nō teneret cōfiteri nec etiā infideles
tenerent cōfiteri. p̄ma choz. v. qd mihi ē de
his q̄ foris sūt iudicare. Videt ergo rōnabi-

li⁹ dicend q cōfessio cadit sub p̄cepto dei po-
sitio. et certuz ē q sup hō nō tradit aliqd in
veteri lege. Si aut aliqd in euāgelio traditur
hoc videt esse illd 10. r̄. accipite sp̄m sanctū
quoz re. pec. re. eis. Ex hoc arguit sic. p̄ctas
remittēdi peccata data ē aplis et in eis oib⁹
p̄bitens. et certū ē q nō p̄n qz hoc ē p̄p̄uz
dei. ergo misterialiter et arbitrarie. s̄m nō p̄nt
arbitrari in cā ignota. gō manifestāda est eis
cā in qua debēt arbitrari. hec at manifestatio
ē cōfessio. igit ex hac collatōe p̄ctis arbitra-
rie facta p̄bitens obligat p̄ctōzes ad accu-
sandū se eis tanq arbitris qd ē cōfiteri. Qd at
ad hoc teneat declarat sic. q̄cūqz amisit p̄ri-
mā grām tenet ex necessitate p̄cepti scz dili-
ges dñm deū tuū c̄. agere quātuz in se est ad
recupatōez ei⁹ et in v̄tute etiā illi⁹ p̄cepti di-
liges teipm. s̄m p̄ctōz p̄ peccatū mortale grām
p̄mā amisit et p̄t eaz recuperare ab hō arbitro
suscepto p̄nie sacmētū. 10. r̄. quoz re. c̄.
Et sic cōcludit necessitas p̄cepti cōfessionis ex
hoc v̄bo scz quoz remi. p̄ctā c̄. et illo p̄cep-
to sil iūctis. Si dicat q p hoc nō p̄bat q h
via sit p̄cisa ad recuperandū grāz arguit q imo
sic. qlibet tenet recuperare grāz p viā facilio-
rē et certiorē. alias videt cōtēnere p̄p̄iā salu-
tē. s̄m hec via ē facilioz et certioz scz recupan-
di p sacramētū p̄nie. qz hic nō requit aliud n̄
q hō nō ponat obicē gr̄e. qd est multom⁹ q̄
at̄tōez h̄ie q p modū meriti de cōgruo suffi-
ciat ad iustificatōez. p̄t etiā aliq̄s esse certioz
q nō ponat obicē scz actualiter peccādo q̄
habeat attritōz. ergo qlibet teneat ad hāc viā
Dicūt aut aliqui q p̄ceptuz de cōfessione h̄et
ex v̄bis apl̄i iac. v. Cōfitemini alterutuz pec-
cata v̄ra c̄. s̄m hoc nō videt. dicēdo em d̄ite
mini alterutuz p̄ctā nō magis dicit cōfiteudū
esse p̄bitero q̄ aliq. subdit etiā statim. et orā-
te p̄ inuicē. vbi null⁹ dicit eū instituisse vel
p̄mulgasse sacramētū p̄nie vlt p̄ceptū diuinū
s̄m intēdit ibi p̄suadere p̄ p̄mū vt s̄m⁹ huiles
scz nos apud p̄mos p̄ctōzes cōfiteudo. sed p̄
scdm vt s̄m⁹ caritatiuz scz p nobis inuicē orā-
do. Tenend ē ergo q hoc p̄ceptū est d̄ iure
diuino p euāgelii p̄mulgatū vt sup declara-
tū ē. vel si illd nō sufficiat dicendū q ē de iure
diuino p̄mulgato p xpm apl̄is. et p apl̄os
ecclie sine omi scriptura. sicut multa alia te-
net ecclia p alios p̄mulgata. ex. de ce. mis-
cuz marthe. hec et plura alia de hac materia
opte tradit sco. iij. sen. di. xvij. Sic ergo pa-
tet institutio cōfessionis et necessitas ei⁹. **¶** Si
esto q aliq̄s cōterat et nihil cogitet de cōfes-
sione et nō omitit cōfiteri ex cōtemptu. ergo n̄
caret gratia qz nō interuenit cōtemptus. ergo
q̄din nō cogitat de cōfessione nō peccat. dato
ergo q sic moria cōstat q saluat sine cōfessio-
ne. ergo cōfessio nō ē necessaria. s̄m q tal nō
cogitet de cōfessione p̄t esse p̄pter duo. p̄mo
p̄pter itensioē doloris. et tūc qz de⁹ cor suū
occupat si n̄ fuit mora supflua nec indiscretō
aliqua. credo q de⁹ absoluit eū et p ope cō-
pucat voluntatem et cōpucat iste cū illis qui
excusantur propter impossibilitatē habentes

in facimento confessionis devotioez. Secdo pt ho
 esse. ppter occupatoez supflue solitudinis cir
 ca alia et tuc no excusat maxie si locu et tps
 beac ofitendi. imo ppter peccatu omissionis
 reputabit reus mortis maxie si no fuerit pze
 netus morte. qz bene posset et deberet reco
 gitare et pete sacmentu eccie. h bon. **¶ Vtz**
 infideles teneant ad ofessione. vide q no qz
 dictu caplm ois vtriusqz sexus. solu loqui d
 fidelibz. ois inqt vtriusqz sexus fidel. h p
 regulariter ta fideles q infideles tenent ofi
 teni inquatu e pceptu dei qd vniuersaliter de
 dit q ptatis habz plenitudinē sup oia. Si aut
 no est pceptu nisi ab ecclesia no tenerent ad
 ei? obseruantia illi q no sunt baptizati. qz vt
 ostensu e sup ti. de ofirmatōe. q. vtz. epi de q
 dau possint ofirmare. vicario xpi no fuit co
 cessa directe potestas sup oes q no susceperūt
 baptismu q est ianua qua intrat ad ecclesiaz
 militante. hec rich. et queniunt cu dictis h m
 scotā supra in pma. q. huus ar. **¶ Vtz** pueri
 teneant ofiteri. h q sic scz pueri q ad anol
 discretōis puenerūt. vt patz in dicto. c. omis
 Et p anos discretōis ibidē h m glo. intelligi
 tpus quo ho capat e doli. Siue h m host. tps
 in quo discernit iter bonu et malu. qz tuc pec
 care pt. qd accelerat citius in vno q in alio.
 hec bon. **¶ Vtz** habetes tm vā alia debeāt
 ofiteri. h tenent h m aliquos no quidē ex vi
 sacmētū s; ex vi statuti ecclesiastici qn no hnt
 mortalia q ofiteant. Aliqui tm dicūt q tales
 no tenent ofiteri etiā ex vi statuti ecclesiasti
 ci qz statutu eccie no obligat nisi hntes pctā
 mortalia qd videtur de ludi ex hoc qz dicit q
 debz oia peccata ofiteri qd de venialibz no
 pt intelligi. qz null? oia venialia pt ofiteri.
 Et h m hoc no habens mortalia no tenent ad
 ofessione. sed sufficit ei adimplendū pceptuz
 ecclesie vt se p bitero representet et ostēdat se
 esse absq; oficia mortal peccati. vt ad cōionē
 recipi possit et hoc reputat ei p ofessione. Ca
 dit em sub pcepto magis taxatio tps q act?
 ofessionis. De prima snia sūt bon. rich. tho.
 et pe. dicētes q prima snia est securor. Sco.
 vero e scde opi. et reprobat primā. et de hoc
 habet etiā infra ti. de obiecto ofessionis. q.
 vtz. teneat venialia ofiteri. **¶ S;** nūquid ille
 q no habet remorsū de aliquo etiā pctō veni
 ali teneret ofiteri h m primā duaz pdictaz.
 opi. Rūdet bon. q credit impossibile h m sta
 tu viatoris p aliquis diem vel septimanaz et
 multotim? anū transeat sine remorsu venia
 lis. Et vix credit bon. hoc fuisse nisi in xpo et
 ei? matre. et ideo qlibet vel hz ofciaz vel ha
 bere dz vel in omi hora petere. dimitte nobis
 zc. Si tm aliqs esset q no haberet p supabun
 tē grāz. sufficēt dicere se nullū pctm omisisse
 qd faciat post ofessu est legitime. l pt dicit
 q talis no tenent ad illd mādātū. qz solū pec
 catoribz et viatoribz e datū. talis aut iā ha
 bitat in celis. **¶** Qzeta hoc no pt queniire hoī
 nisi ex pnuilegio spēali s; statuta no extēdūt
 se nisi ad ea que de iure cōi eneniūt. **¶** xix. q. ij.
 due §. lex. vbi dz q qui lege pnuata ducitur

nulla rō exigit vt a lege publica astringatur
 Si vō no haberet remorsū vel ppter ignozan
 tiā vel negligentia no excusaret a mandato.
 hec bon. **¶** Sco. aut circa hec dicit q simplr
 innocens a mortali et a veniali tenent simplr
 no ofiteri. vñ si beata virgo fuisset ofessa bea
 to petro post ascensionē xpi. ofitēdo peccat
 set. **¶** Sed si sit innocēs a mortali tm. pt ofiteri
 venialia et no ofiteri mortalia. **¶ Vtz** papa
 teneat ofiteri. videt q no qz cōfessio dz fieri
 iudici in quolibet foro. papa vō sup se nullū
 iudicē habz. ergo zc. **¶** h q papa habz iudicē
 xpm cui debz p suū vicariū ofiteri q licet sit
 inferior eo inquatu platus. est tm eo superior
 inquantu est pctōz et ipe dei mister. hec tho.
¶ Licz etiā vn? papa no habeat impertū in suc
 cessorē suū tm deus habz impertū sup eos qui
 pcepit implicite ofessionē p bitero esse facie
 dā vt visuz e et rōe h? tenent obseruare hmoi
 pceptū de necessitate. **¶** Obseruare vō ipm h m
 circūstātiā ordinatas a gnali ofilio tenent d
 agruitate. **¶** xxv. q. j. iusticie. vbi dicit sic. Iusti
 cie ac rōis ordo suadet vt q a successoribz de
 siderat mādātā sua seruari. pdecessoris sui sta
 tuta custodiat. hec rich. **¶ Vtz** possit cū ali
 quo dispensari ne ofiteat hoi peccata. h q
 no. ministri em ecclesie instituunt in ecclesia
 diuinitus fundata. et ideo institutio ecclesie
 psupponit ad opationez mistroz. sicut opus
 creatōis ad opus nature. h qz ecclesia e fun
 data in fide et in sacramētis. ideo ad ecclesie
 ministros nouos articulos fidei edere aut e
 ditos remouē aut noua sacramēta instituere
 aut instituta remouē no ptinet. sed h? e pote
 statis excellētissime q soli xpo debet q est ec
 clesie sue fūdamētū. Et ideo sicut papa no pt
 dispensare vt aliqs sine baptismo saluet. ita
 nec q saluet sine ofessione h m qd obligat ex
 vi sacramētū pt tm dispēlare h m qd obligat ex
 pcepto ecclesie vt possit aliqs diuū ofessio
 nē differre q sit ab eccia institutū. h tho.

De tpe ofessionis ti. xi.

Einde ofiderandū est de tpe ofessionis
 scz an qlibet teneat statim ofiteri qn
 peccauit. **¶** h de ofessione possum? du
 pliciter loq. vno mō quātū ad ofitēdi apposi
 tū et sic dcedūt oēs q tenent tuc ofiteri qn te
 nent ofiteri. ofiteri aut tenent qn suoz pctōz hz
 memoriā. et tuc tenent etiā pdictō mō ofiteri
 scz quātū ad apposituz et pcpue qn est in arti
 culo mortis aut in aliquo articulo in quo si
 ne peccati remissione oporteat eū peccatū in
 curzere. vt cuz tenent celebrare si desit copia
 sacerdotis saltē tenent ofiteri et habere appo
 sitū ofitendi. **¶** Alio modo quo ad cōfessionis
 actū et sic e distinguendū. qz aliqui obligant
 tm ad ofessionē ex statuto eccie. vt habentes
 tm venialia. et hi no tenent statū ofiteri s; dif
 ferre pnt vsqz ad pasca qz illa decretal omis
 vtriusqz obligat ad eucharistiaz ad quā ppa
 rat ofessio. **¶** Alij vō etiā obligant ex xpo pec
 cato vt omis q habet pctm mortale et hi cōfi
 teri tenent ec ex institutioē sacri. **¶** De his at se
 cūdis dicit aliq q tenent statū cōfiteri habita

An p...

An p...

fr...

An...

optunitate sufficiēti nec p̄dicta decretal' ex-
culat eos. q̄ intēdit p̄pter negligentia hoim
t̄ps artare nec ampliare. et hec op̄i. est t̄tior
s̄m inno. ē. e. cēs. S̄lij dicūt cōmuni⁹ et ve-
ri⁹ ut pe. et t̄tū⁹ ut dicit sc̄o⁹. s̄. q̄ nō tenen⁹
regulariter statim cōfiteri. q̄ s̄m rich. ad hoc
nō obligat nec ex iure nature q̄ cōfiteri p̄sbi-
tero nō ē de iure nature absolute. nec d̄ iure
diuino q̄ licet xp̄s implicite p̄cepit p̄sbitero
cōfiteri nō t̄n p̄cepit hoc statim fieri. nec ex iu-
re positio. s̄ t̄m ad semel in āno. Cū em̄ sit p̄-
ceptū affirmatiuū nō obligat nisi p̄ loco et
tpe. ecclesia vero potuit in hoc p̄cepto t̄pus
determinare cū sit p̄ceptū disciplie nō nature.
Vñ ex iure nō tenetur hō cōfiteri nisi semel in
anno. sc̄z in pasca q̄n necesse h̄z cōicare. Et sic
regulariter nō tenet statim cōfiteri nisi in qua-
tuor casib⁹. Vñ ē rōe sac̄mēti sc̄z q̄n vult cōi-
care vel celebrare. Dicit t̄m in hoc casu rich.
q̄ si forte de p̄pinquo expectet aliū cui deuo-
tius et securi⁹ cōfiteat nullo iure cōicare p̄-
hibet si vere penitet. sc̄o⁹ ē rōe piculi ut q̄n
ē in mortali et iminēte piculo mortis. t̄tū⁹
rōe sc̄ie sc̄z q̄n sc̄ia dicitat p̄ statim teneat
cōfiteri d̄ necessitate. q̄tus rōe dubij sc̄z q̄n p̄
babili⁹ vidz se āpli⁹ āno illo copiā cōfessoris
habē n̄ posse q̄ ipm̄ possit absolue. et h̄ op̄i. ē
p̄babili⁹ s̄m rich. t̄ho. et pe. Bon. v̄o de h̄o
dicit q̄ ḡnaliter asserere q̄ hō p̄t differre cō-
fessione vsq̄ ad pasca videt p̄iculosū. Sil' r q̄
teneat sp̄ cōfiteri q̄n se offert optunitas vide⁹
valde dur. ido videt rōnabiliter sentiendū
mediū sc̄z q̄ optunitas t̄p̄i loci et p̄sbiteri p̄t
tripl' r se offerre. sc̄z aut ita q̄ time⁹ ne vnq̄ se
offerat. ut cū aliq̄s ḡnter infirmat et tūc te-
net statim cōfiteri. Aut ita q̄ maior optunitas
expectat' vl' q̄ ad locū vl' p̄sbitery. et tūc dif-
ferri p̄t sine p̄ctō. Aut ita q̄ nūq̄ rōnabiliter
maior optunitas expecte⁹ et tūc sine p̄iudicio
tenet. hec bon. **S̄z nunq̄d religiosi tenent**
statim cōfiteri. S̄z aliq̄ dicūt q̄ sic. si mortali-
ter peccauerit et p̄sbiteri copiā habeat. Et in-
telligūt statim sicut dicitat recta ratō. vñ s̄m
eos refert iter seculares et religiosos. q̄ illi
nō tenent ante q̄dragesimā cōfiteri q̄ ē eis t̄ps
penitētie. isti v̄o statim tenent q̄ eis t̄ps peni-
tētie ē totū t̄ps vite sue. **Si dicat' q̄ stat' n̄**
obligat aliq̄ nisi p̄ mandatu. R̄ndet q̄ sta-
tus nō obligat sed m̄datū oib⁹ datū. ad nūc
aut vel tūc obligat optunitas q̄ offert se di-
uersimode diuersis. et hoc ver. ē in oib⁹ p̄ce-
ptis a firmatis q̄ ad aliqd t̄ps obligat vn⁹
ad qd nō obligat ali⁹ ut patz in honore pa-
rentū. et h̄ sine ē bon. Itē dicūt aliq̄ q̄ nō re-
fert quo ad h̄ iter seculares et religiosos. q̄
religiosi n̄ tenent ad alia q̄ aliq̄ hoies. nisi ad
q̄ se obligat ex voto. et hec ē op̄i. t̄ho. Potest
t̄n dici s̄m rich. q̄ religiosi rōe suorū statuto-
rū et sui status tenent cōfiteri frequē⁹ q̄ sta-
tuat cōciliū ḡnale. Nec t̄n p̄pter hoc sequit' q̄
teneant statim cōfiteri habita cōfessoris optu-
nitate. nisi asit dies quo s̄m statutū religio-
nis sue tenerent cōfiteri. Cōsiliū t̄m oib⁹ sanū
s̄m bon. ē q̄ oib⁹ qui cadūt p̄ mortale p̄citi⁹

p̄nt cōfiteant. nō em̄ videt vere d̄tritus q̄ tam
diu portat mortale vuln⁹ peccati occultum.
Vñ d̄stitucōz penalē supradictā innoc. t̄rtij
cōtra negligentē cōfiteri sua p̄ctā credit' ema-
nasse. ex de pe. et re. que dicit sic. ois veriusq̄
sexus fidel' ex quo ad ānos discretōis puene-
rit oīia peccata sua solus saltē semel in āno
fideliter cōfiteat' p̄p̄rio sacerdoti. et iniūctam
sibi penitentiā p̄ virib⁹ studeat adimplere. sus-
cipies reuerēter ad min⁹ in pasca eucharistie
sacramētū. n̄ p̄p̄ij sacerdotis cōsilio ob aliquā
rōnabilē cāz ad t̄ps ab ei⁹ p̄ceptione duxerit
abstinēd. alioq̄n et viues ab ingressu ecclesie
arceat' et moriēs eccliaistica careat sepultura.
De obiectō cōfessionis. i. de his que
debz quis cōfiteri ti. xij.
Oītea cōsiderandū ē de his q̄ dz q̄s cōfi-
teri. Et circa h̄o q̄runt' plura sc̄z dato
q̄ hō teneat cōfiteri peccata mortalia. vtrūz
teneat' etiā cōfiteri circūstantias p̄ctōz. h̄z
circūstantiaz q̄daz trahūt in aliud gen⁹ vel
in aliā sp̄em peccati. ut coire cū muliere diu-
gata. et istas tenet' hō cōfiteri. Nō em̄ sufficiē
ei qui centūz marcas habuit de alieno dicere
ego accepi alienū cū hoc possit esse ver. si ac-
cepisset vnū denariū. S̄z t̄n s̄m aliquos cū h̄o
p̄ceptū sit affirmatiuū nō obligat ad sp̄ s̄z p̄
loco et tpe. sc̄z q̄n hō eas agnoscat vel p̄ se vl'
p̄ inq̄stōez alienā. Vñ sapiens et intelligens
tenet' cōfiteri si inq̄ran⁹ ab eo. Sc̄dm v̄o alios
omuni⁹ s̄z nō tuc⁹ opinātes nō optet eas cō-
fiteri. q̄ sufficit notificare quātitatē peccati
in specie licz nō p̄cise. q̄ hoc nō p̄t fieri. Nec
optz s̄m totā quātitatē peccati penitentiā taxa-
re. hoc t̄n ē bonū et cōgruū. et quāto sūt mag'
sapientes et p̄fecti tātō magis debēt eas d̄-
stinctius explicare. s̄z nō tenent ad hoc nisi
forte ex p̄p̄ia sc̄ia obligent'. Quedā v̄o cir-
cūstantie alleuiāt et has nō debz q̄s p̄ se cōfi-
teri q̄ cōfessio eaz n̄ facit ad accusatōez pec-
cati. et peccator in cōfessione debet se accusa-
re et nō excusare. Per accidēs tamē ne cōfessor
scandalisat. vel etiā ut ei⁹ inquisitōi satisfi-
ciat. vel si tantū deuiat q̄ sit in ḡne venialis
q̄ tenet' dicē gen⁹ peccati. bonū est aliq̄s ta-
les cōfiteri. ut si q̄s comedat carnes in quadra-
gesima ex dispensatōe et cā. hec bon. et pe.
Quedā v̄o aggrauāt in eadez sp̄e. et illaz q̄-
dam nō aggrauāt notabiliter sicut sc̄ia et m̄g'
titudo. et has nō tenet' quis cōfiteri. q̄ sūt q̄i
venialia peccata. quedā aggrauāt notabiliter
et istas s̄m m̄gr̄m vilhel. altifiodoreñ. optet
cōfiteri. S̄z cōtra p̄dicta obicitur. quia aug⁹
primo enumeratis multis peccatorū circūstā-
cijs. oīis inquit illa varietas cōfitemda est et
deflenda. h̄z q̄ illud ē de p̄fectōe penitētie
nō de necessitate. Itē obicit' q̄ delectabile
carnis s̄m p̄hm. iij. ech. quāto mag' in picu-
lari cōsiderat' tātō mag' appetitū mouet. ergo
nō videt' q̄ ad mi⁹ p̄ctōz carnaliū aliq̄s de-
beat oēs singulares circūstantias cōfiteri. h̄z
circūstantie p̄cūlares peccati carnal' q̄ tra-
hūt in specie peccati mortalis sp̄ sūt cōfite⁹
q̄ gratia que in sacramēto dāt' restaurat si qua

inclinatio a pctō ex taliū cogitatōe pueniat
 vñ in cōfiteute vñ in cōfessōe. Vñ dicit greg.
 in pastorali. sic plerūq; vt dū rectoris anim⁹
 aliqua temptamēta cogitat auditis tēptatōi-
 bus etiāz ipse pullsat. sed hec nequaq; pastor
 timēda sūt. qz tāto facili⁹ a sua eripit quāto
 misericordi⁹ ex aliena temptatōe fatigat. Si
 tñ sacerdotē lasciuū ad pctā h̄mōi pnu vide-
 rit d; accipe licentiā cōfiteūdi alteri sacerdoti.
 et si n̄ dederit licentiā d; ad supiorē recurrē.
 Si at h̄mōi circūstātie nō agguāt in infinitū
 nouā spēs mortali peccati cōstituēdo qñz lau-
 dabiliter reūcent adhibita debita discretōe
 s̄m cōsideratōz turpitudinis circūstātie et pni-
 tatē inclinātōis ad pctm̄ ex ei⁹ cōfessione in
 ipō cōfiteūte vñ sacerdotē. h̄. tho. Vñ teneat
 quis cōfiteri pctā pcedētia tan p̄ circūstātiās
 agguātes. h̄. sco. in q̄rto di. xxi. dicit qz licet
 forte h̄ sit vñle nō tñ videt̄ necessariū eē cōfi-
 teri ea ī spēali qz in quātū agguāt p̄nt exp̄mi
 sufficiētē in cōfessione ī gnali scz dicendo de
 multis et magnis pctis alias penitui. et idō
 nūc in peccādo magis ingrat⁹ fui. Vñ te-
 neat qz cōfiteri pctā venialia. h̄. sco. qz n̄ nec p̄t
 peccati venial morbu. cū em̄ sint de sui natu-
 ra venialia p se p̄nt veniā cōsequi. siue p peni-
 tentiā interiore siue p exteriorē assūptāz siue
 etiā p penā purgatoriā siue p aliud remediū
 opetes et pdoneū vt dictū ē sup̄. Nec eē p̄t
 statutū eccle s̄m sco. qz cū ex de pe. et re. ois
 z. dicat oia pctā sua. Aut ē ibi distributō p
 peccatis venialib⁹ aut nō. si sic. ergo habēs
 mortalia tene⁹ ex vi p̄cepti cōfiteri venialia si
 nō. ergo habēs tñ venialia nō tenet⁹ cōfiteri
 ea. Et sic videt̄ cōtradictio dicere qz ille tenet⁹
 cōfiteri venialia et ille nō. Et sic ex statuto ec-
 cle sie gnali nullus tenet⁹ venialia cōfiteri in
 quocūq; casu. ¶ Si quera⁹ quō p̄sbiter cōgno-
 scet eū nisi cōfiteat⁹ qui h̄z tñ venialia. h̄. ve-
 niat tñ ad p̄sbiterē et dicat ei dñe ex quo fui
 cōfessus p gratiā dei n̄ habeo cōscientiā d̄ pec-
 cato mortali et sic cōgnoscat euz sufficiētē. h̄.
 et pl̄a alia dicit sco. in q̄rto di. xvij. Licet autē
 de rōe sui generis nō sit necessariū ea cōfiteri
 tñ est cōgruū maxime viris p̄fectis qz vñle est
 multū et pena eis debita minui⁹ ex vi clauū
 p̄ceptiue aut cōfiteūda sunt peccata venialia
 frequētē iterata. vt etiā dicit m̄gr sen. li. iij.
 di. xxi. et hoc p̄pter vitandū piculū qz cōfiteū-
 do frequētē ducit in libidinē et cōtemptum.
 Et sufficit stare in gnalitate et nō oportet ad
 singula descēdere. Si tñ qz velit descēdere
 multū ē laudabile et vñle et necessariū volen-
 ti ascēdere ad p̄fectōez. hoc igit⁹ ē dictū de
 venialib⁹ gnaliter s̄m bon. In casu tñ dū gic
 qz h̄o te⁹ ea cōfiteri siue p̄pter dubiū siue p̄pter
 ecclesiasticū statutū. p̄pter dubiū qñ dubitat
 pbabiliter vñ sit veniale vel mortale. ideo
 si nō penitet sic de mortali discrimi se exponit
 et ideo d; cōfiteri illd nō quidē asserēdo ipsuz
 esse mortale. qz vt dicit aug. xv. de tri. nō tñ
 est mēdaciū dicere falsū s; etiā asserere dubiū
 s; d; cōfiteri illd sicut iacet in cōscia et iudicio
 sacerdotis relinquat vñ sit veniale vñ mor-

tale. sicut em̄ dubitat ita dubitādo cōfiteri d;.
 Debet tñ cōfiteri et penitentiā sustinere ac si eēt
 mortale. et tūc mēs assecurat⁹ et nullo mō ve-
 ritati p̄iudicat⁹. hec bon. ¶ S; obici⁹ qz glo-
 sup illd iaco. v. Cōfitemini alterutrum pctā
 vñ zc. peccata in q̄t que ex hūana ignorātia
 vel infirmitate veniūt. dicit et p̄cipit cōfiteri.
 h̄mōi aut peccata sūt venialia. ergo tenet⁹ ea
 cōfiteri. h̄. qz si hoc intelligat⁹ de venialibus
 tūc sumit⁹ ibi p̄cipe p̄ docere. s̄m illd luce. v.
 p̄ceptoz p totā noctē labo. zc. ver bū aut bea-
 ti iacobi licet sit p̄positū p modū imperatiū
 tñ p mortalib⁹ tñ tenet⁹ impatiue. p venia-
 lib⁹ vero magis exhortatiue. vñ p̄ceptū ē quo
 ad mortalia. et cōfiliū quo ad venialia. hec tñ
 nō p̄cedūt s̄m sco. vt patz ex dictis. Obici⁹
 etiā illd aug. Si cepisti fluctuare cōfiteri mo-
 rā ne plangas ruinā s̄m hoc ruere videt⁹ qz nō
 cōfiteri venialia. h̄. nō ē p̄ceptū s; cōfiliū. vñ
 dicit hoc nō qz nō posset aliter nisi p cōfessio-
 nē vitare ruinā. s; qz hec via est sobria et p̄do-
 nea Vñ aliq; posset licite cōfiteri peccata
 qz nō fecit. h̄. pctā qz qz nō fecit s̄m rez fecit
 tñ s̄m suā estimatōz p̄t qz cōfiteri. qz vero neu-
 tro mō fecit nō p̄t licite cōfiteri. p̄mo mō facit
 cōtra veritatē rei nō tamē cōtra veritatē cōscie-
 scēdo mō facit cōtra vtrūq;. Quid de gnali
 cōfessione in qua s̄m morē aliquāz ecclesiā-
 rū p̄sbiteri et alij cōfitent⁹ se cōmississe oia pec-
 cata dicēt. peccavi in oib⁹ vicijz quib⁹ h̄o
 peccare p̄t. h̄. taliter cōfiteus loquit⁹ in p̄so-
 na ecclesie. vel sicut dicit aug⁹ in vno pecca-
 to possūt multa notari. vel qd dicit in oibus
 vicijz cōprehēdit gnā singulorū et nō singu-
 la genēz. q. d. locutōe. cogitatōe. opatōe. o-
 missiōe. h̄. tho. Et qñ eadē dicit host. et addit
 vitupadi tñ sunt p̄sbiteri qz addūt d̄ pollutōe
 credētē hoc sufficere sibi p cōfessioē qd non
 est verū qz ad hūidū mortalia requirit⁹ cōfessio
 specialis et sacramental. ¶ Vñ liceat ī cōfessio-
 ne aliena pctā referre. h̄. aliena pctā aut n̄
 p̄niet ad peccati accusatōez sed magis ad ex-
 cusatōez ei⁹ qz cōfiteri ex q̄daz associatōe aliorū
 qz solaciū ē miseris habere socios penarū. Si
 cut qñq; aliqui simplices cōfiteūdo omēs vici-
 nos suos accusant. dicendo omēs sum⁹ latro-
 nes vsurarij p̄iuri et s̄ilia. Et hoc mō peccata
 aliena in cōfessione referre nō licet et a cōfesso-
 re talis cōfiteus corripit p̄t. Aut sūt peccatis
 n̄is cōiūcta ita qz sine eis nō p̄t bene explica-
 ri culpa p̄pria. et tūc licet ea in cōfessione di-
 cere eo mō quo sine ipis nō p̄t culpa p̄pria ex-
 plicari. Vñ sufficit aliqñ dicere in gnali vt si
 mulier sit ab episcopo cognita qd absit suf-
 ficite dicere se esse cognitā ab aliquo magno
 prelato. vel a p̄sona religiosa. quia satis ap-
 paret gen⁹ culpe. Si vero descenderit ad p̄so-
 nā specialē increpari debz. Similiter nec cō-
 fessor debz inquirere d̄ p̄sona curiose. Si tamē
 suspicet qz sit p̄sona cui potest p̄desse et con-
 ueniens et vñle sit ipaz scire. p̄t ex cōfessionis
 forz de illa inquirere. Nā talia sūt sepe occa-
 sio frangendi sigillū cōfessionis. vbi ē maxi-
 mū piculū vt infra patebit. Si vero peccatu.

In u. alio dicitur

h̄. sco.

explicari nō possit sine psona. ut si mulier sic
inordiate a viro suo cognita. tūc si de viro dicitur
cat nō peccat qz nō potest aliter confiteri p pna
culpā. **hec bon.** In hoc tamen mēbro vltimo
subdisti gūit pe. scz q aut imminet piculū illi
psone p h qd maifesta. et tūc nō dicit maifesta
ri s3 sufficit sine hmoi circūstantia pētū dice
aut nō. et tūc dicit maifestari. **h pe.** Sic gō gna
liter ē vezz q pētā aliena nō sūt dicēda in cō
fessione nisi inqntū sūt ppa. **psal. dix.** Cōfite
bor aduersū me iniusti. **m. dno glo.** pētā mea
nō aliena. nec confessoris de ill' inqreere debet
Vñ illi q ramūctos i confessione inqrit et d' alijs
malū audiūt et sustinet. vix aut nūq a detra
ctōe excusari pnt. et aiab' mederi nesciūt dū
patiūt veniētes ad medicinā alios accusādo
sibi infligē graue vuln'. **h bon.** **Rod. tñ** dicit
q si confites psonā exprimat cū q peccauit bona
intētoe penitentiario q pē et vult pdesse et nō
obesse. n' ut pdat ipm peccatozē s3 ut pñari
ozet p eo vel secrete laborer ad correctōem
ei' nō peccat s3 pot' meret'. **ar. ad hō vi. xi.**
q. v. h vide. Bil' si pñari' inqrat d' illa pso
na bona fide. scz ut ozet p ea aut eā corrigat
in occulto credit q nō peccet dū tñ confitente
nullo mō cogat ad noianō eā aut ei' exp'lio
nē extorqueat ab inuito. **h rod.** **Secdm vō rich.**
penitēs celare te' psonā cū q peccauit nisi in
trib' casib'. **Vñ** ē qñ hoc ē necessariū ad ex
p'mendū pziū peccatū. tūc em te' eā exprime
confessor' eo mō quo dicitur ē sup'. **Al'** ē qñ est
vile ad correctōez v' pferuatōez illi' a reci
diuo. tūc em confites bñ facit si dicit ex' confesio
nē alicui psone q possit et velit illi pdesse et
nō obesse. s3 hac de cā nō expedit eā in confes
sione noiare qz p hoc nō posset ad correctōem
illi' pcedē. **Terci'** ē qñ ē vile ad pferuatōez
penitente a recidiuo. tūc em expedit confitentiā
exprime confessor' illā psonā. pē em d'ingere q
confessor' p d'gnitōz illi' psone monita dabit p
q a recidiuo meli' pferuari poterit.

Cui est confitendū ti. xiiij.

Et inde considerandū ē cui sit confitendū. Et
circa hoc qrun' p'la scz v'z sit confiten
dū p'bitero soli. **h' de confessione** pos
sum' loq' dupl'r. vno mō put ē op' v'utus d'
recte repugnās p'ocrisi in q' q's seipm accus
fat ne ali' sit q' appareat. vel mala sua aperit
ad morbi inuestigandā curatōez. Et hoc mō
confessio p' fieri cuilibet q' p' adiuuare instrue
do v' orādō de quo hō p' erubescē et huilia
ri et ille exēplo huilitatis meliorari n' peccas
toz d'gnitōe deprauari. et sic q's p' pētū suū
cuilibet confiteri siue clerico siue layco. Sicut
em dicit bñ. sup' canti. vir pfectus ē veritatis
amator et om's v'ellet noscere sua mala dū tñ
nō eēt cā mali s3 bōni. **Alio** mō confessio ē opus
sacramentale put ordinat' ad recōciliatōez que
fit p absolutōz et ligatōez. et qz hec p'as col
lata ē solis p'bitero. ut habitū ē sup' ti. q'rtō
h' lib'z. et hēbi' ifra ti. xxxviij. iō hec confessio
nulli n' p'bitero est faciēda. **hec rich.** **V'z**
in casu necessitatis quo p'bitero deess' sit necē
riū layco confiteri. **h' tho. in. iij. suo vi' dicit**

q' sic. s3 tenendū est q' nō qz confiteri p'bitero n'
aut layco ē pceptū ut patz ex p'dictis imo ali
qñ esset valde piculosuz et stultū qz tali laico
p' aliq's confiteri q' confessionez reuelaret ex quo
forsan magnū malū eneniret. vñ in tali casu
ē ita iudicandū sic qñ nō hēt copia confessoris.
Est tñ licitū et si assit layco p'done' d'gruū. et
hō mō intelligit mgr' sen. li. iij. di. xvij. c. v.
d. Si defuerit p'bitero p'imo ē faciēda confes
sio. sic eē debēt itelligi autoritates et iura q'
hoc dicit ut de pe. di. j. penitet. et di. iij. qui
vult. Et h' opi. ē rich. sco. et pe. **Ad** qd valz
confessio layco facta. **h' baptism' h'z** efficacā
ex sanctificatōe materie. et iō a quocūqz con
fiteat' alicui ille recipit sacrm. s3 vis p'nie sac
ramentis consistit i sanctificatōe mistri. Et iō q'
layco confiteat' licz impleat ex pte sua qd ē d' cō
fessione sacramentali. sacrale tñ absolutōz n' con
fiteat'. Et iō aliqd valz ei ad dimittendōz pene q'
fit p' d'ois meritū et penā. s3 nō d'equit' dimi
nutōez illā pene q' fit ex vi clauū. et iō sic cō
fessus mag' punit' p' istā vitā q' confessus sacer
doti. **hec tho.** **Vnde. iij. q. v. qlis d'z q' cāta ē**
vis d'ois ut si desit p'bitero confiteat' hō p'rio
et si ille p'atē absoluedi n' hēat fit tñ dignus
mia ex desiderio sacerdotis q' socio confiteat' suā
turpitudine et ita ē mia dei vbiqz q' et nouit
isti p'cere et si n' tā cito q' si absolueret a sac
dote. h' ē ar. q' layco n' p' absolue in necitā
te qd eū ē vezz s3 inno. vñ male sensit bñ.
ex. de offi. d'rdi. pastoral. dicens q' layco ab
soluere p' in necessitate. et hoc nō tñ a pecca
tis sed etiā ab excōicatioe.

Cui p'bitero est confitendū ti. xiiij.

Ortea considerandū ē cui p'bitero sit confi
tendū. Et circa hō qrun' p'la scz v'z
p'bitero p'ochial' n' posset audire confes
sionez nisi p'us data sit sibi p'as ab epō vel a
papa. **h'ndz ray. q' n' s3** dicens q' sic qz tal' re
cepit p'atē clauū qñ ordiabat'. Iurisdicōem
vō recipit qñ ab eo q' p'est p'ochie p'bitero in
stituit'. q' duo reqrūt' et sufficiūt ad ligandū
et soluendū. **Ozetea** eo ipō q' alicui d'mittit' cu
ra alicui' p'ochie h'z p'atē ligādū et soluēdi
a iure de pe. di. j. multiplex. et. c. v'bu. et iō
nō indiget alia licētia sp'ali scz epī v' pape
et h' s'nie ē gōf. et host. **V'z** necesse sit con
fiteri p'rio p'bitero. **h' de** dicit' ē sup' confessio
nō sacramental' sine licētia et mandato alicui'
fieri p' cuilibet ad libitū dū tñ sit fidel'. et n'
sit excōicat' v' p'cisus. **Cōfessio** vō sacramental'
nō p' fieri nisi p'bitero q' p' absolueret. tal' at
est p'bitero p'rio. ex d' pe. et re. omis. et di. vj
placuit. alias d'z itez' confiteri. **Ad** effectū em
aliquē reqrunt' duo scz potētia actia in agen
te et materia debita in recipiēte. **h'nc** ē q' ad
ligandū et soluendū reqrit' p'as clauū. q' dā
in ordinatōe et materia debita. i. subdit' que
habet' ex iurisdicōe. vñ oportet confiteri p'rio
sacerdoti. **Proprius** vero sacerdos est triplex
vel ex iurisdicōe ordinaria ut sacerdos p'och
ialis epus vel papa. vel ex iurisdicōe dele
gata. ut ille cui d'mittit' potestas audiēdi ab
aliquo istoqz triū vel a legato domini pape.

Vel a iurisdicōe a iure decessa siue pmissa. sic
 dicū pprii sacerdotes illi quos ep̄i vel abbates
 exempti in suos eligunt confessores Et illi q̄ sub
 ditos alienos audiūt in cāibus a iure decessis
 quos cāus require infra versus finē hui⁹ titu
 li. primo mō dicit⁹ pprius p̄sb̄. 2.º magis pprie
 3.º mō pprie. Sumēdo igit⁹ ppriū p̄sb̄m pro
 p̄sb̄ro iurisdicōne hñte aliq̄ triū dictozz mo
 doz nō est confessio faciēda nisi pprio sacerdoti
 ad hoc ut hō nō transgrediat⁹ pceptū et de q̄
 tur confessio effectū. Sumēdo vō ppriū sacer
 dotē primo mō licet sit ei regulariter faciēda
 confessio. In multis tñ casib⁹ nō oportet ut cñ
 sum ē p decre. hec nich. Potest ec archiep̄s dū
 visitat p̄uiciā suā subditos sui suffraganei ad
 confessioē audire absolueret et eis p̄nias saluta
 res iniūgere. li.º. vj. de censib⁹ p̄petuo. et ē p
 tpe illo p̄sb̄iter ppri⁹ h̄m primū modū. Ad hō
 vō nūc iure nouo ē exp̄sum q̄ fr̄es minores et
 p̄dicatores audire p̄nt confessiones. Illi scz fr̄es
 q̄ sunt ad hoc electi et epo p̄sentati. ex. vij. li.
 de sepulchris sup cathedra. Quid si sciat pec
 cator suū p̄sb̄iterz hereticū esse aut sollicitato
 rē ad malū. aut fragilē et p̄nū ad p̄ctm q̄ quis
 dicit⁹ v̄l reuelare confessioē p̄babiliter existi
 mat. vel si p̄ctm dera eū dmissū sit de quo q̄s
 dicitere debet. h̄c in hui⁹ casib⁹ a prochiali
 vel ei⁹ supiori petenda ē licētia alteri d̄fiteri
 q̄ si negat⁹ sufficit petita licet nō obtēta. qz in
 tali cāu nō tenet⁹ pprio sacerdoti d̄fiteri d̄ pe
 di. vj. placuit. etiā si nō hz aliū cui d̄fiteat⁹ in
 telligit⁹ in hoc cāu h̄m aliquos nō h̄re copiaꝝ
 p̄sb̄iteri nec i hoc trāsgredi p̄ceptū ecclesie qz
 pcepta iurisdicōis nō extēdūt v̄ltra itētiōne p
 cipitēis q̄ est finis p̄cepti. Hoc autē est caritas
 scdm apl̄m. nec aliqua iniuria fit in hoc sacer
 doti. qz p̄uilegiū amittere meret⁹ q̄ decessa si
 bi abuti⁹ ptate et hui⁹ finē ē tho. et pe. et silr
 innoc. et host. sup i.º. c. om̄is. Vt p̄sb̄iter
 prochialis debeat faciliter dare licētiā suis
 subditis alteri d̄fiteri. h̄c qz multū sūt adeo i
 firmi q̄ poti⁹ sine confessioe decederēt q̄ d̄fite
 rent⁹ tali p̄sb̄itero. vñ illi q̄ sunt nimis solliciti
 ut d̄ficias subditozz sciant multis laqueū dam
 natōis inicit et p̄ dñs sibi ip̄is. hec bon. Mo.
 etiā d̄fult q̄ si prochian⁹ aliqua latente casū
 nō d̄fiteri pprio sacerdoti habeat licētiā ei
 nullaten⁹ denegat h̄z d̄cedat. Sed si forte con
 temni visibiliter se p̄sumat negare p̄t. de d̄ficia
 tñ caueat. hec host. S3 nūq̄d dicit⁹ se h̄re li
 centiā a suo prochiali cōfiteri alteri credē
 dū est sine l̄is. h̄c q̄ sic. licet em̄ in iudicō cō
 fiteoso nulli sit credendū sine p̄batōne. ar
 gumentū ex. de foro compe. significasti. In pe
 nentiali tñ credendū ē cui libet si dicat se li
 centiā h̄re a suo iudice h̄m host. et jo. S3 rod.
 dicit q̄ nō tenet⁹ ei credere q̄ sit supiori d̄fessus
 et ab eo absolut⁹ nisi hoc ei cōstet p̄ l̄ras supi
 oris vel alio mō legitio qd̄ p̄t intelligi veruz
 esse de p̄ctis maifestis. v̄l qñ hz p̄babiliter su
 spectū subditū suū. Vt sacerdos prochia
 lis possit audire subditū suū extra territoriu p
 rochie sue. q̄ nō arguit⁹. ff. de iur. oi. in. l. fi.
 sed illd̄ habz locū in his q̄ sunt d̄fentiose iurif

ditōis. Porro cū p̄nia sit de iurisdicōne volun
 taria quilibz p̄sb̄iter curat⁹ p̄t ubiqz subditū
 ppriū expedire. ff. de offi. p̄consul. l. ij. Et in
 fra de loco nihil exprimit d̄filiū generale hec
 tho. Vt p̄sb̄iteri seculares vel etiā regula
 res siue monachi quib⁹ n̄lla cura d̄missa ē ab
 ep̄o vel alio supiori audire possint subditos p
 rochialis p̄sb̄iteri de licētia eius. h̄c bñ. vide
 t⁹ dicere q̄ nō. ex. d̄ pe. et re. ois in prim⁹ glo.
 magne sup illd̄ alieno sacerdoti. h̄z tenendū ē
 q̄ sic. cū em̄ quilibz p̄sb̄r recipiat ptatem sol
 uēdi et ligandi in ordinarōne si materiā. i. sub
 ditū habeat. soluere p̄t et ligare ut dictū ē s.
 talis autē hz materiā ex quo de licētia pprii iu
 dicis aliquē audire. Nec requirit⁹ in hoc licen
 tia ep̄i h̄z tñ p̄sb̄iteri prochialis ip̄i⁹ d̄fiteris
 ut patz in. c. om̄is n̄ in cāibus ad ep̄m sp̄eali
 ter p̄nētib⁹. Et hui⁹ opionis ē host. Sed
 p̄dictis obuiare vident⁹ gos. et rap. dicētes q̄
 religiosi vel reclusi nō h̄nt ptatez soluēdi vel
 ligandi nec baptisandi p̄dicandi nec alia que
 ad curā aiaz p̄tinēt faciēdi n̄ fuerint electi a
 pp̄lo vel ab ep̄o et cū assensu sui supioris insti
 tuti. xvj. q. j. alia. et. c. puenit. Sed dicendum
 h̄m host. q̄ illa iura et silta intelligi debēt de
 religiosis qui volunt sibi usurpare prochias
 sine licētia supioris sui et sine auctoritate ep̄i
 ut etiam bñ innuit⁹ in eisdem verbis. vel quā
 do volūt aliquem audire sine licētia iudicis
 eius vel etiā sine licētia supioris sui nulla a
 lia necessitate instāte ut innuit⁹. xvj. q. j. placu
 it. Vt i ar.º. necitatis tenet⁹ quis cōfiteri
 heretico scismatico vel cōsili. si catholic⁹ nō
 possit h̄re. h̄c q̄ nō qz null⁹ habz claus eccle
 nisi sit catholic⁹. de pe. di. j. verbū dei. et. c.
 quē penitet. Sūt etiā tales excoicati excoica
 tōe maiori q̄ absolueret n̄ p̄nt xij. q. j. audiui⁹
 Quimo d̄fuleret q̄ nullo d̄fiteret⁹ eis d̄ p̄ctis
 sed de p̄ctis doleret et qz tñ distulit d̄fessioz
 et d̄fiteat⁹ i corde bene deo et sufficit ei. Ta
 les em̄ ponerent ip̄m defacili in aliquo erro
 re vel desperatōe sicut pharisei iudam dicētes
 cū d̄fiteret⁹ eis p̄ctm suū. M. xxvij. qd̄ ad nos
 tu videris. de pe. di. vj. c. j. talib⁹ vel etiaz
 notozis peccatozib⁹ nullū sacramentū ē reci
 piēdū p̄ter baptismū. xxxj. di. vj. v̄x. et. j. q.
 j. sacramēta. Silr credo q̄ eē in articulo neci
 tatis null⁹ debet d̄fiteri excoicato maiori ex
 coicatōe qz talis soluere nō p̄t ut dictū ē. Cuz
 p̄dictis dueniūt host. rap. et alij. Quid si q̄
 est fornicatus vel aliqd̄ tale fecit occulte i p
 rochia aliena p̄pter qd̄ sit excoicat⁹ a p̄lato il
 lius loci. Nunquid debet de illo peccato d̄fi
 teri pprio sacerdoti vel illi in cui⁹ prochia fe
 cit i.º. h̄c q̄ pprio. Si at sit excoicat⁹ p̄pter i
 peccatū sic consuevit fieri i furtis. rapinis. et
 hui⁹i quozz ignorā⁹ actozes. mittend⁹ ē talis
 ad excoicantē absoluēd⁹ ab excoicatōe hui⁹i
 qz nō potest absolui p̄ ppriū sacerdotē. Et illd̄
 qd̄ dicit ius q̄ rōne delicti s̄ozit⁹ quis forz in
 telligendū est quo ad p̄tinentia ad forz d̄ten
 tiosum. qz p̄t ibi. de crimie d̄missio publice d̄ue
 niri iudicari et puniri. Secus ē de occulto h̄m
 rod. Scdm tñ aliquos illd̄ intelligitur non tñ

u

de foro contentioso s; etiã de pñali. Quid de
pegrinis et romipenis. s; si accepit perã et
bactm a sacerdotib; pñis vel ab alijs cũ li-
centia pñioz. vel iter tam arripuerit eo ipso
psumendũ e esse datam eis licentiã alijs pñbi-
tero ofitendi de his q; omiserunt in via vel etiã
que p obliuionẽ ofiteri omiserunt. aut eẽ scien-
ter dũ tñ de illis ofiteri pponat postq; redie-
rint pñio sacerdoti. Tales eẽ itelligo hñe licẽ-
tiã recipiendi eucharistiã in pasca. hec rod. et o-
uenit cũ eo inno. sup. c. omis. Et addit ibidez
q; si sine licentiã pñbi pñij pegrinant absol-
ui nõ pñt a pñbiteris alijs n in necitate. et idẽ
est de negociatorib; et alijs viatorib;. Vñ tu-
cius e in huiõ semp petere licentiã. et idẽ di-
cit host. ibide. Quid si tale e pctm cui; abso-
lutionẽ sibi epus dyocesani; retinuit. nõquid
poterit de illo in via vel ante iter arzeptũ cõ-
misso absolui dam e i pegrinatõẽ a simplici sa-
cerdote. s; credo q; sic maxie si institerit tps
generalis ofessionis in pasca. debz tñ ei in iun-
gi a pñario q; cũ habebit copiã epì sui iteruz
ofiteat et peccatũ i; et ab eo pñiam recipiat
de illo. hec rod. Nũquid vnus pñbiter audi-
re pñt et alius absoluere penitente. s; q; nõ qz
facim pñie nõ est diuidendũ. sic dicit de epõ
qui manũ in ordinatõẽ ponebat et alius pñbi-
ter verba pferebat. xxij. di. quorũdam. Vñ
ofessi nõ sacerdoti quem prochialis sacerdos
loco sui posuit credes eum esse sacerdotẽ tene-
atur illa eadem pctã itez ofiteri postq; cõfite-
rit eis illum cui cõfessi fuerunt nõ esse sacer-
dotem. s; q; tales tenent illa eadẽ pctã si il-
lorũ sunt memores itez cõfiteri sacerdoti qz
sm rei ueritatẽ de illis n sunt rite cõfessi nec
facim susceperunt. nec tñ iudicandi sunt peccat
se tanq; transgressores statuti. de ofitendo qz
ignozantia eos muicibilis seu pbabilis excu-
sant. Et dico q; illa ofessio fuit eis meritoria
non tñ tam ualis eis ceteris pibus sic si ofessi
fuisent sacerdoti. qz nõ sacerdos nõ pñt oferre
penitẽti illõ beneficiũ qd sacerdos ex vi clau-
um misirat. Vñ sacerdos prochialis tenea-
t audire ofessiones prochianoz suoz quoti-
enscũq; voluerint in eodẽ anno. s; q; hec q;
suo pñt intelligi. aut de tentõne necitatis. aut
cõgruitatis. primo nõ credo q; ordinarie
teneat audire ofessiones prochianoz suoz.
nisi qñ illi tenent de necitate ofiteri qd e sal-
tem semel i anno. et qñ sunt in infirmitate qui
ofituti vel imminet eis aliqd piculũ moris.
Si tñ pluries voluerint cõfiteri et sacerdos cu-
ratus noluerit eos audire. tũc libere pñt sub-
ditũ aliũ sacerdotẽ adire. et eidem ofiteri et il-
le pñt eos absoluere. nisi prius eoz sacerdos
eos quos audire noluerit ad aliquẽ determi-
atum sacerdotẽ miserit. qz si nõ vult eos audire
nec ad aliquẽ sacerdotẽ determinatum mittere
eos implicite licentiã ut illa vice ofiteantur
cuiuscũq; sacerdoti voluerint. Loquẽdo aut de
tentõne cõgruitatis. tũc dico q; sacerdos te-
net eos audire quotiẽscũq; voluerint ofiteri
qz tali tentõne tene laborare p pfectu aiaz.
suoz prochianoz q; tumcũq; et quotiẽscũq;

potuerit. hec rich. Nota tñ q; et si pñbiter p
rochialis ad audiendũ ofessiones prochianoz
nõ obliget explicite p statutũ eccie nisi semel
in anno tñ p illud statutũ obligat implicite.
et etiã iure nature et diuino. ad audiendũ eos
quotiẽscũq; tenent de necitate ofiteri. etiã
si multotiens occurrunt in eodẽ anno casus i q;
bus tenent ofiteri de necitate. s; rich. Vñ
possit aliq; ofiteri alijs q; pñio sacerdoti. etiã
ex pñuilegio vel mādaro superioris. s; aliqui
dixerunt q; nõ et hui; sine fuit bñ. ut p; extra
de pe. et re. omis. in glo. sup illud alieno sac-
doti. ubi ipse dicit q; n sufficit pñuilegiũ sine
licentiã pñij pñbiteri. pñiũ pñbitez intelli-
gens pñbitez prochiale. Sed firmiter e contra-
rium tenendũ scz q; sufficit pñuilegiũ sine licẽ-
tia pñij pñbiteri. et hoc pbat sic. dupli; pñt i-
pediri aliquis sacerdos ne audiat ofessionem
alicui;. Vno nõ ppter defectũ iurisdictionis.
Alio nõ ppter impedimẽtũ executõis ordinis
ut excõicatu de gdati et huiõ. quicũq; aut ha-
bet iurisdictionẽ ordinariã dmittere pñt ea que
sunt iurisdictionis alijs hñi ordinẽ ouenientem
ad illud officium exequendũ. ex. de ofe. aqua.
et ideo si q; impediãt p iurisdictionis defectuz
ne ofessionẽ alteri; audire possit. pñt sibi p que
cũq; iurisdictionẽ hñtem immediatã in illũ siue
habeat ordinẽ sine nõ dmitti q; ofessionẽ au-
diat et absoluat siue p ipm sacerdotẽ siue per
epm siue p papã. Si aut ppter impedimẽtũ ex-
ecutõis ordinis audire nõ possit pñt dedit sibi
q; audiat ofessionẽ p eũ qui impedimẽtũ remo-
uere potest 3º ec. Preterea quidq; pñt inferor
pñt superior. sed prochialis sacerdos pñt dare li-
centiã subdito suo alteri ofitendi. 3º et hoc pñt
ei; superior scz papa et epus multo magis. Pre-
terea pñtẽz quã h; sacerdos in pplc habz ab
epõ. sed ex illa pñtẽ ofessione audire. ergo
et eadem rõne alius cui epus hoc dedit. Pre-
terea pñuilegia sic sũt interpretanda ut aliquid
valzant. nõ ut peant. sed si prochialis pbibe-
re possit tales talibus ofiteri. vel si nõ liceret
eis ofiteri n de licentiã pñioz sacerdotũ pñt
pñuilegia 3º hoc nõ est dicendũ. Insup q; p;
dictis omib; pponderat dñs papa. clemens
qrẽ. in quodã pñuilegio fratrib; minoribus
ab eodẽ cõcesso hanc sniam approbas et contra-
riã tanq; temerariã et erroneã cõfutans. decla-
rat q; pñditi fr̃es si detur eis licentiã cõmittat
vel cõcedat a legato sedis aplice. ordinarijs
locoz. vel etiã a papa. subiectos eisdem sibi
cõfiteri volẽtes pñt audire absoluere et pñias
eis mũgere salutare. irze q; sicut pñoz pñbite-
roz assensu. S; obiciã contra pñdita multipli-
citer. primo sic. nõ pñt aliqd pñuilegiũ indul-
gi in alteri; pñudiciũ. sed hoc e in pñudiciũ al-
teri; sacerdotis si alius subditi sui audiat con-
fessionẽ ergo hoc non pñt p pñuilegiũ siue licẽ-
tiam siue mandatũ superioris obtineri. s; pñt
dicium nõ fit alicui nisi ei subtrahat qd est in
fauore iurisdictionis ei; indultũ. Pñuõ autẽz
pñas nõ e cõmissa alicui hoĩ in fauorem suum
sed ad dei honorem et ppli utilitatẽ. et ideo
si superiorib; pñtis expedire vidãt ad hec duo

pmouenda qd alij ea que sunt iurisdicōis dicit
 zant. i nullo p̄iudicat inferiorib9 p̄latib9 nisi
 querētib9 q̄ sua sūt nō q̄ ibū xp̄i. et q̄ gregi p̄
 sunt nō ut pascant sed ut pascant ab eo. hec
 tho. Secundo obicit sic. 1o per quod impe
 dit diuinū mandatū nō p̄t p̄ priuilegiū alic9
 hois dēdi. s3 puer. xvij. mādat deus rectori
 bus ecciaz ut diligēter vultū pecoris sui ag
 scant. et impedit si ali9 q̄ ip̄e eius cōfessionē
 audiat g° 2c. Vñ dicit glo. sup illo verbo p̄
 xvij. diligēter agnosce vultū pecoris tui Da
 stori eccie dr. diligētē curā adhibe bis quib9
 te p̄esse d̄igerit. aios actusq3 singulorū d̄ide
 rans diligēter ut si qd vicij repens statim emen
 dare memēto. ergo vultus iste nihil aliud ē n̄
 d̄scia subditi quā sacerdos non poterit agno
 scere si ali9 eū audiat. h3 q̄ ip̄e absoluitur ab
 illo mādato dum ali9 supplet vicē ei9. et hoc
 q̄n supior p̄latib9 vel hñs licentiā ab ip̄o tali
 p̄lato audit. et ideo ip̄e nō tenet audire. nec a
 lius d̄fiteri. Vel dicēdū qd duplex ē vult9 sub
 ditorū. sc3 exterior q̄ d̄st̄it in cōuersatōe mani
 festa. hūc tenet p̄latib9 diligēter agnoscere et
 si erant corrigere. qz eccia t̄m iudicat de maife
 stis. secretorū autē agnitor et iudex ē deus. ut
 dicit gg. di. xxij. erubescant. Vultus interior
 est d̄scia hanc nō tenetur nec p̄t agnoscere.
 Tercio obicit sic qui audit alicuius d̄fessionē
 ē p̄rio iudex ei9 alias nō posset euz ligare et
 soluere. s3 vni9 hois nō p̄t esse p̄les p̄rij sac
 dotes vel iudices. qz tūc teneret p̄ribus obe
 dire qd est impossibile si p̄cipent d̄eraria l̄m
 possibilis g° 2c. h3 ic d̄ueniens est si essent duo
 quorū vterq3 eque sup eandē plebē d̄st̄uere9
 s3 si sunt duo sup eandē plebē imediate sic p̄s
 biter prochialis et ep̄us et papa q̄libet eorū
 p̄t ea q̄ sunt iurisdicōis ad ip̄m p̄tētia alteri
 d̄mittere. Sed si sapior d̄mittat duob9 quorū
 vnus principalis altero sup eandē plebē d̄st̄i
 tueret nō est incōueniēs. Et h̄m hoc q̄ p̄inci
 palior ē dupli9 p̄t d̄mittere. Aut ita qd eū vice
 sui d̄st̄uat. et tūc talis ē principalior q̄ p̄lat9
 inferior sic p̄nari9 pape q̄ ep̄s et p̄nari9 ep̄i
 q̄ prochialis sacerdos et magis tenet eis cō
 fiteas obedire. Alio mō eum i coadiutorē illi
 us p̄s b̄i d̄st̄uat. et qz coadiutor ad eū ordia9
 cui adiutor dat. ideo coadiutor ē min9 p̄inci
 palis. et iō penitēs nō t̄m tenet ei obedire et qz
 eum p̄rio sacerdoti. hec tho. Quarto obicit
 sic iniuriā facit sacro qui sacm̄ iterat sup ean
 dē materiā vel ad min9 inuoliter facit. s3 q̄ cō
 fessus ē alteri sacerdoti tene9 iter9 d̄fiteri p̄rio
 sacerdoti si petat. qz nō est absolut9 ab obedi
 entia qua tenet ei. g° 2c. h3 null9 tenet d̄fite
 ri peccata q̄ nō h3. Et ideo si q̄s p̄nari9 ep̄i v̄l
 ali9 ab ep̄o d̄missionē hñci d̄fessus fuerit cum
 sint sibi peccata dimissa et quo ad deū et qd ad
 ecciam nō tenet d̄fiteri p̄rio sacerdoti q̄t̄cum
 q3 petat. s3 p̄pter statutū ecclesie de d̄fessione
 faciēda p̄rio sacerdoti semel in anno eodez
 mō debet se h̄re sic hñs t̄m venialia Talis em̄
 debet t̄m venialia d̄fiteri ut dicūt quidā et p̄
 fiteri se a peccato mortali immunē. et sacerdos
 et in foro d̄scie credere d3 et tenet. Si t̄m iter9

d̄fiteri tenere nō frustra primo d̄fessus fuisse
 qz q̄to quis p̄ribus sacerdoti9 d̄fiteri tanto
 plus ei de pena remittit. tū ex erubescētia cō
 fessionis q̄ in penā satisfactoriā d̄putat. tū ex
 vi clauis h̄m aliquos. vñ toties p̄t cōfiteri qd
 ab om̄i pena liberat. Nec reiteratō facit inu
 riam sacro nisi illi in quo sanctificatō adhibe
 tur p̄ characteris imp̄sionē vel p̄ materie cōse
 cratorū quorū neut9 ē in p̄nia. vñ bonū est qd
 q̄ audit d̄fessionē aucte ep̄i inducat d̄ficientem
 ut d̄fiteat p̄rio sacerdoti qd si noluerit nihil
 omin9 eū absoluerē d3. hec tho. Quito obi
 cit sic aut sacerdos p̄rius p̄hibere p̄t ne cō
 fiteat alteri q̄ sibi. aut nō. si p̄t ergo i tali cāu
 nō debz d̄fiteri nisi hñtibus p̄riuilegiū d̄fessi
 ones audiendi. si nō ergo videt exempt9 a p̄
 prio sacerdoti. h3 cū nō habeat imp̄iū par i pa
 rem aut minor in maiorē p̄hibere nō p̄t. nec i
 hoc subditi obedire tenent. hec pe. Sexto
 obicit. aut debz iter9 d̄fiteri suo p̄s b̄itero aut
 nō. si sic g° nō fuit sufficēter absolut9. si non
 ergo sacerdos tenet ei tradere eucharistiā c9
 nescit d̄sciam. h3 sic iam dictū ē nō tenet d̄fi
 teri peccata q̄ nō habet qui autē ē absolutus a
 p̄nari9 ep̄i v̄l pape iam nō h3 ista peccata. iō
 nō tenet ea cōfiteri. tenet t̄m si p̄s b̄iter exigat
 peccata si qua h3 q̄ nō sit d̄fessus ei cōfiteri p̄
 ter statutū eccie. l̄ saltē se p̄ntare corā eo et di
 cere se fuisse d̄fessū et ip̄e debz ei credere et eu
 charistiā dare. sufficit em̄ sic ei9 d̄sciam scire.
 cū aliā certitudinē de p̄ctis eius nō possit h̄re
 Si t̄m p̄s b̄iter aliq̄ p̄babilia signa h̄ret q̄ iste
 v̄l nō diceret nō tenet sibi eucharistiā dare
 nisi fidē ei sufficēter faceret qd alicui potētia
 eum absoluerē d̄fessus est. hec nich. Septimo
 obicit sic innoc. 3o in cōcilio generali d̄ sic.
 om̄is vtriusq3 sexus fidelis exquo ad ānos d̄i
 scretōis p̄uenerit. oia p̄ctā sua sol9 d̄fiteat p̄
 prio sacerdoti. et in eadē decretali dicit. si q̄s
 ex cā voluerit d̄fiteri ali9 p̄rio licentiāz petat
 et obtineat a p̄rio sacerdoti. si ergo sacerdos
 p̄rio nō dat licentiā videt qd nullo mō possit
 cōfiteri alteri. Vñ hñ. glosans iō verbū p̄rio
 sacerdoti dicit sic. s3 ecce fr̄es miores et p̄di
 catores et ali9 religiosi nō hñtes p̄p̄m hñt p̄i
 uilegiū ut alios prochianos possint recipe ad
 p̄niam. Nūquid sufficit p̄riuilegiū ad hoc. ut
 alienos prochianos possint recipe sine licen
 tia p̄rij sacerdotis. Dicas qd nō sufficit p̄riui
 legiū sine licētia sui sacerdotis. p̄riuilegiū em̄
 nō equiparat eos illis q̄ a p̄plo v̄l ab ep̄o sūt
 electi. vel illis q̄ ab ep̄o vel alias a p̄plo p̄fi
 ciuntur. Et dat eis p̄riuilegiū solā executōez. re
 ita ad hoc ē nēcia licētia p̄rij sacerdotis. Nā
 licet eque om̄es sacerdotes in ordimatōe reci
 piane p̄tatem ligādi atz soluēdi. Ligata t̄m est
 in eis qd nō p̄t eam exequi nisi data sibi post
